

INDEX RERVM POTIORVM
IN LIBELLIS HOC ANNO MDCCCCLXVII
EDITIS OCCVRRENTIVM

Aestivis mensibus in publicis Italiae scholis lingua Latina gratuito traditur (Io. COPPA) I, p. 67.

Supremum Italogum Consilium publicae institutioni praepositum id ur-
sit, ut illi legi fideliter satis fieret, qua cautum est ut gratuita institu-
tiones linguae Latinae aestivi temporis initio traderentur. Quae sane
deliberatio aperto laudis praeconio extollenda est.

Animi sensus mentisque cogitationes quomodo sint Latine reddenda (H. TON-
DINI) I, p. 33.

De vocabulis illis auctor agit, quibus vel animi sensus vel mentis cogi-
tationes explicantur, quaeque incorporalia vocant. Ex multis videlicet
verbis, a lexico propositis, quae sint revera deligenda Tondinius docet,
quo simul rectius Latine scribatur, simul res planius significetur. Plu-
rimisque allatis argumentis, etsi auctor commentationis confirmat perar-
dum esse, nostris praesertim temporibus, Latini interpretis opus im-
peditumque difficultatibus, nullum tamen ait verbum nullamve enun-
tiationem popularium nostrae aetatis sermonum non posse Latine ef-
ferri, dummodo veterum scriptorum opera cognita penitus habeantur.

Antiquitates nuper repertae (V. BRACCO) I, p. 53; II, p. 145; III, p. 221;
IV, p. 294.

Asiae regionum et urbium principum nomina Latina (C. EGGER) IV, p. 257.

Auctor lingua Latina reddit Asiae regionum et urbium principum no-
mina, quae a Romano sermone plerumque sunt omnino aliena; vel
saltem ad aures Latinas ea accommodat.

Quod quantum sit studiosis viris utile nemo non videt.

Carmina

Acte (OL. PASQUALETTI) II, p. 101.

Caligo (S. STEFANELLI) I, p. 50.

Cyrenaeus (Ios. MORABITO) IV, p. 248. Hoc carmen argenteo nomismate
in Certamine Vaticano X ornatum est.

Nix (P. STEFANELLI) IV, p. 298.

Petrus immortalis: undevicesimo ab eius martyrio saeculo expleto (V.
GENOVESI e S.I.) II, p. 83.

Pluit (S. STEFANELLI) I, p. 49.

Precationis *Salve, Regina*, versibus adoniis paraphrasis (H. A FLORENTIA) II, p. 159.

Quod olim, quod postea (OL. PASQUALETTI) III, p. 179. Hoc carmen aureo nomismate ornatum est in Certamine Vaticano X.

Sub ipsa Evangelii praeconis profectione (M. FESTA) III, p. 228.

Tristis Hellespontus (V. DONINI) I, p. 31.

Tu, Roma, aeterna manebis (IOS. MINCIONE) II, p. 159.

Virgo Deo devota (M. FUSCO) II, p. 158.

Volucres (AL. MANZONI) IV, p. 272. Hoc carmen cl. v. Fernandus M. Brignoli in suo commentariolo legendum proponit.

Castriculum Nursinum (IOS. DEL TON) I, p. 44.

De quodam montano oppidulo sermo est, in Nursiae finibus, praerupto in colle, prorsus nudo et arborea veste exuto, sito; de eius incolarum actuositate, deque mira eius pulchritudine.

Certamen Vaticanum XI indicitur, II, p. 88.

Certaminis Vaticani X exitus, II, p. 86.

Certaminis Vaticani X victores sollemniter renuntiati iidemque praemio donati (INN. PARISELLA) III, p. 163.

De conventu agitur, in quo, plurimis astantibus viris iisdemque clarissimis, praemio donati sunt qui in Certamine Vaticano X victores discesserunt. Eadem in commentatione nuntius telegraphicus legitur, quem Paulus VI Pont. Max. ea opportunitate perferri iussit, atque integra oratiuncula, quam Hamletus Tondini eleganti sermone recitavit.

Certaminum Latinorum exitus (IO. COPPA) I, p. 64.

De competitoribus victoribusque certaminis illius Hoeufftiani, quod, poesis Latinae fovendae causa, quotannis Amstelodami initur; praeterea de Certamine Capitolino deque illo, quod in urbe Sancto Remo, in Italia, Lyciorum alumni propositum est.

Consul Albinus (T. BERTOTTI) III, p. 191.

De verbi *consulis* collocatione auctor agit; utrum videlicet nominibus hominum postponi an anteponi debeat. Consuetudo quidem sermonis ita fert, ut postponatur. Aliquoties tamen, cum apud probatos auctores praepositus quoque inveniatur, plurimis allatis exemplis, auctor concludit: « haec duo velut summa totius rei proponenda sunt: *consulem* postpositum principatum, ut ita dicam, per totam Latinitatem obtinuisse neque umquam fere hunc ordinem in publicis litteris aut decretis immutatum esse; *consulem* praepositum inde a Sallustio occurrere, interdum aliquo discrimine, ut praesertim apud Ciceronem et Livium, interdum nullo, ut plerumque apud ceteros scriptores ».

Cur libenter id credant homines quod velint (H. DE FRANCO) III, p. 224.

Vere is est impius vocandus, qui suasor quondam illius legis fuit, ut qui nautarum ereptam saevienti pelago onerariam navem in tuto collocaverint, dimidiam partem mercium habeant, quae in sentina exstent congestae. Qui ergo liberaliter egerit alienisque, non suis, commodis inservierit, ille quidem vir est aestimandus fortis, idemque probus ac nobilis; mercennarius autem numquam animus putandus.

Effossiones Velinae (V. BRACCO) II, p. 145.

Novissimas effossiones auctor memorat, quas cl. vir Marius Napoli ad Veliam oppidum ab anno MDCCCCLXI ducit.

Epigrammata

Ad doctorem rude donatum (IOS. MORABITO) II, p. 136.

Ad Michaellem Ferruccium (AL. MANZONI), IV, p. 272. Hoc epigramma legendum proponit cl. v. Fernandus Maria Brignoli.

Amicus (F.M. BRIGNOLI) IV, p. 293.

De coffea (C.A. NVRVS) III, p. 220.

De natali matris meae defunctae die Paschatis (G.M. LEE) I, p. 70.

In grammaticum Vergili versus metientem (IOS. MORABITO) II, p. 135.

In eundem (IOS. MORABITO) II, p. 135.

In hominem invidum (IOS. MORABITO) II, p. 135.

In hominem non satis urbanum (IOS. MORABITO) II, p. 136.

In memoriam curionis vita functi (G.M. LEE) III, p. 220.

Magister (F.M. BRIGNOLI) IV, p. 293.

Peregrinus (IOS. MORABITO) II, p. 135.

Puelli somnus (G.M. LEE) III, p. 219.

Puer ad maris litus ludens (G.M. LEE) III, p. 219.

Sacri aeris vox (G.M. LEE) III, p. 219.

Spera et ama (F.M. BRIGNOLI) IV, p. 293.

Vidua lugens (C.A. NVRVS) III, p. 220.

Fumidum illud et coruscum curruum agmen (H. DE FRANCO) I, p. 60.

Dum brevius terit morae tempus in iis aspiciendis recentioribus caruchis, quae nullo strepitu vel saltem levi quodam fremitu per binos micantesque ferrati itineris axes transcurrunt, memoria auctori subit eorum vehiculorum, quae in taeterrimo proficiscentium pervenientiumque receptaculo eum puerulum vehementer commovebant.

Inscriptiones (H. TONDINI) I, p. 58; II, p. 110.

Maria, florum Regina. Canis pietas. Venti detestatio, I, pp. 58-59.

De Maria Dei Genetrice designata. De Iesu Infante. De Iesu operario.

De Iesu magistro. De Iesu miraculorum auctore. De Iesu nobis sacramentum sui Corporis suique Sanguinis dante. De Iesu supremos suae

vitae dolores perpetiente. De Iesu Corde dulcissimo. De Iesu cruci affixo. De Iesu ab inferis resurgente. De Iesu in caelos escendente. De sancta Christi Ecclesia. De Maria Dei Matre augustissima. De divo Patricio, II, pp. 110-116.

Latinae quaedam voces locutionesque in primae Romanae Synodi Constitutionibus occurrentes, cum sermone Italico comparatae (IN. PARISELLA) II, p. 137.

Parvum, at sane studiosis viris utilissimum, vocabulorum indicem auctor exaravit in litterarumque ordinem digessit, quae, ex primae Romanae Synodi Constitutionibus excerpta, apprime demonstrant linguam Latinam res quoque novas novaque nostrae aetatis inventa verborum proprietate simulque eleganti structura significare ac describere posse.

Lexicon tardioris Latinitatis in Iugoslavia paratur (Io. COPPA) I, p. 66.

Curante *Consilio Academiarum Scientiarum et Artium*, in urbe Zagrabia, delecta eruditorum virorum manus in exarandum *Lexicon Latinitatis medii aevi Iugoslaviae* incumbit, in quattuor volumina digerendum, quorum primum hoc ipso anno prodiit.

Libri dono accepti, I, p. 80; II, p. 160; III, p. 240; IV, p. 318.

Librorum existimationes

ALFONSI P., *Sentenze ed esempi* (i.f. In. Parisella) IV, p. 302.

BADELLINO O., *Dizionario della lingua Latina* (iudicium fecit R. Galligani) II, p. 153.

BARALDI G., *Curzio Rufo: Storia di Alessandro Magno* (i.f. R. Marsiglio) I, p. 72.

BARCENILLA A., *Grecia, origen y destino* (i.f. Ios. M. Mir) IV, p. 304.

CALLENS P.L. *Cycnea carmina* (i.f. P. Di Stante) I, p. 79.

CHIESA A., *Dizionario Italiano-Latino integrativo, antico e moderno, ad uso delle scuole superiori e dell'Università* (i.f. A. Rizzato) III, p. 239.

COVA P.V., *La critica letteraria di Plinio il Giovane* (i.f. P. Di Stante) III, p. 239.

CUPATUOLO F., *La formazione degli avverbi in latino* (i.f. H. Franzese) IV, p. 303.

DONINI-GORDON, *Isidore of Seville's: History of the Kings Goths, Vandals and Suevi* (i.f. P. Di Stante) IV, p. 308.

GHISELLI A., *M.T. Ciceronis: pro Aemilio Scauro oratio* (i.f. C. De Meo) III, p. 236.

GIARDINA G., *Senecae Tragoediae* (i.f. V. Zappacosta) IV, p. 306.

MASCIALINO F., *Tacito: le Storie* (i.f. R. Marsiglio) III, p. 237.

PIERACCIONI D., *Morfologia storica della lingua Greca* (i.f. F. Cascone) I, p. 73.

Id., *Sophoclis: Oedipus Rex* (i.f. C. De Meo) III, p. 235.

PANTALEONI M. - CALBOLI G., *Aloisii Galvani: de ossibus lectiones quatuor* (i. f. V. Zappacosta) III, p. 230.

PASOLI E., *Sesto Properzio: il libro delle Elegie* (i. f. In. Parisella) II, p. 154.

PIAZZINO C., *Domina Gentium: sintassi del verbo e del periodo prece-
duti dalla teoria sulla sintassi dei casi*, vol. II; *Humanitatis magistra:
sintassi dei casi, del verbo e del periodo, nozioni di metrica e di prosodia latina*, vol. III (i. f. R. Marsiglio) IV, p. 302.

PIGHI G. B., *Benacensia* (i. f. H. Tondini) III, p. 229.

PRATO (da) P., *Giovanni Dominici e l'Umanesimo* (i. f. In. Parisella) I, p. 77.

Id., *Linguaggio e pensiero di Giovanni Dominici nel « De conceptione B. Virginis »* i. f. Io. Ambrosi) I, p. 75.

PUGLIESE E., *Marcus et Marcella* (i. f. In. Parisella) IV, p. 305.

SALVATORE A., *Commodiano: Instructiones* (i. f. In. Parisella) I, p. 76.

SEMI F., *Il sentimento di Cesare* (i. f. R. Marsiglio) II, p. 152.

SHERWIN-WHITE, *The Letters of Pliny* (i. f. G. Calboli) III, p. 233.

TRAINA A. - BERTOTTI T., *Sintassi normativa della lingua latina*, (i. f. H. Tondini) I, p. 71.

TRAINA A., *Comoedia: Antologia della Palliata* (i. f. Ios. Mir) II, p. 150.

TRAINA A., *L'alfabeto e la pronunzia del latino* (i. f. V. Zappacosta) IV, p. 300.

VALGIGLIO E., *Il tema della morte in Euripide* (i. f. In. Parisella) I, p. 74.

VITALI C., *Livio: Storia di Roma* (i. f. In. Parisella) II, p. 151.

Linguae Latinae per terrarum orbem fortuna (Io. COPPA) I, p. 63.

Pontificis Maximi vota pro Latinitatis studiis provehendis. Latinorum certaminum exitus. Linguae Latinae usus in Romana liturgia. Lexicon tardioris Latinitatis in Iugoslavia paratur. Aestivis mensibus in publicis Italiae scholis lingua Latina gratuito traditur. Medii ordinis scholarum Praesides petunt, ut lingua Latina e praecepto tradatur. Medicorum conventus Latine nuntiatus. Latina ludicra, I, pp. 63-69.

Linguae Latinae usus in Romana Liturgia (Io. COPPA) I, p. 65.

Verba, quae Iacobus S. R. E. Cardinalis Lercaro, Praeses Consilii ad exe-
quendam constitutionem de sacra Liturgia, misit ad Episcoporum Coe-
tuum Moderatores in universum orbem terrarum, quo aptiora darentur
praecepta de Eucharistico Sacrificio, lingua Latina diebus etiam festis
celebrando.

De Sodalitate quoque auctor huius commentationis scribit, *Vna Voce*
Latine appellata, quae eo spectat, ut thesaurus linguae Latinae et cantus
Gregoriani indemnus custodiatur.

Lucanae annotatiunculae (V. BRACCO) I, p. 53.

Lucanae regionis nonnullorum oppidorum descriptio, quorum tam anti-

qua exstat memoria, ut de iis in pristinis etiam Romanorum gentium historiis legatur.

Lucano (de) poeta, ab eius morte anno undevicies centesimo exacto (H. PARATORE) I, p. 3.

Auctor miratur quod celebritas anni undevicies centesimi, ex quo M. Annaeus Lucanus poeta mortuus est, nullam tanti nominis laudem inter hodiernae aetatis litterarum cultores conciverit; quodque Hispani quoque Hibericum eundem poetam, qui paene principem locum inter Romanos heroi carminis auctores olim obtinuerit, omnino neglexerint, quasi humillimum atque infimum locum attigerit.

Cuius demissae, acerbae gravisque condicionis quae praecipuae causae fuerint, copiose commentatio explicat.

Ludicra Latina (Io. COPPA) I, p. 69.

Auctor de quadam comoedia refert, quae Latine Venetiis acta est. Cui fabulae, a Simeone Antonio Sografi, Patavino, qui saeculo XVIII magnum nomen habuit, conscriptae, index est: *De nuptiis linguae Latinae ope concinnatis*.

Magi discipulus (Io. C. PVLCHRIMONTANVS) I, p. 51.

De quodam Goethei carmine agitur eoque lepidissimo, cuius argumentum poeta ille Germanicus ex Luciani fabula deprompsit. In ea aliquot homines superstitiosiores incredibilibus narratiunculis inducuntur inter se oblectantes.

Manzonio (Alexandro) quid recentiores Latinae litterae debeant (F.M. BRIGNOLI) IV, p. 271.

Tria, quod sciamus, opuscula Latina Manzoni exaravit, quorum primum tempore oratione soluta, alterum autem et tertium versibus adstricta. De quibus singulis auctor breviter ita disserit, ut non solum eorum laudes clarius eluceant, verum etiam ut ipsum Manzoni in Latinis aetatis nostrae scriptoribus annumerari oportere pateat.

Medicorum conventus Latine nuntiatus (Io. COPPA) I, p. 68.

Bratislaviae, in celeberrima Cecoslovachiae urbe, conventus ex omnibus gentibus celebratus est, in quo de cutis morbis deque eorum curationibus clari nominis medici egerunt. Cuiusmodi coetus omnibus inter nationes doctis hisce Latinis verbis nuntiatus est: *Societas Dermatologica Bohemoslovaca - III Symposium Dermatologicum Internationale, sub auspiciis Societatis Internationalis Dermatologiae tropicae*.

Medii ordinis scholarum Praesides petunt, ut lingua Latina e praecepto in Italia tradatur (Io. COPPA) I, p. 68.

Praesides Italicarum medii ordinis scholarum, praeter ea quae ad propria vindicanda iura attinent egerunt, postulaverunt etiam ut omnes

disciplinae iterum e praecepto traderentur, neque earum ullae discipulorum arbitrio eligendae relinquerentur; itemque ut linguae Latinae institutio debito pristinoque honore iterum afficeretur.

Novae cuidam libellorum seriei edendae Commentarii nostri initium faciunt (H. TONDINI) III, p. 169.

Commentariorum Moderatores, quibus index *Latinitas*, deliberaverunt novam libellorum seriem, sensim edendam, curare. Opera scilicet in vulgus gradatim emittentur, post renatas litteras Latinas exarata, quae aut nondum fuerint foras data aut, licet olim fuerint prelo impressa, hodie tamen sint inventu rara, aut nostris hisce diebus composita sint. Cuiusmodi libellorum toti seriei index *Thesaurus Latinitatis* erit.

Orae Melitenses Pauli (V. BRACCO) III, p. 221.

In principe Melitensi insula substructionibus Romanae villae restitutis, quae eadem videtur esse, in qua Paulus Apostolus receptus est, saxulum e lapide calcario prodiit in lucem, cuius in fronte et in sinistro latere signa quaedam graphio ducta perspicua apparent, ita ut figurae in altera navis, in altero hominis agnosci possint.

Huius commentarioli auctor, an de navi Pauli agatur deque Paulo ipso disputat.

P. Papinius Statius *Silvarum* poeta (A. TRAGLIA) III, p. 171.

In luce auctor ponit variam apud doctos, saeculorum decursu, Statii *Silvarum* fuisse fortunam. Dum enim multi litteratissimi viri *Silvas*, saeculo XVI ineunte a Poggio Bracciolinio repertas, in universum parvi penderunt, quasi omni poetico afflatu destitutas, alii e contra illa carmina plus aequo laudibus amplificasse videntur.

Mediam vero viam auctor ingressus, hodiernae quoque aetatis criticorum iudicio et auctoritate suffultus, demonstrat non omnia profecto in *Silvis* esse laudanda, non omnia spernenda.

Pontificis Maximi vota pro Latinitatis studiis provehendis (Io. COPPA) I, p. 63.

Cum in Romano Athenaeo Societatis a Sancto Francisco Salesio annuum studiorum curriculum publica celebritate sumeret initium, Paulus VI Pont. Max. moderatores, magistros ac discipulos ad Latinitatis studia praedicanda allocutus est. Cuius sermonis summa a commentarioli auctore refertur.

Proscripti filius (A. ALBERTANI) II, p. 90.

In hac commentatione, quae prius praemium tulit in Certamine Vaticano X, duo inducuntur homines loquentes, quorum alius alium hortatur ut secum fugiat, suumque agellum relinquat. In eo enim est, ut militum violentia erumpat, quibus ab imperatore concessum ut opimos Padanae planities agros occupent iisque iure belli potiantur.

Prudentii (de) libro I *Contra Symmachum* (V. ZAPPACOSTA) III, p. 202; IV, p. 277.

Allatis argumentis, auctor probat Prudentium in priore *Contra Symmachum* libro non solum senatorem illum insectari, propterea quod in Romana curia cultum Victoriae restituerit, sed etiam in consulem Nicomachum Flavianum vehementer invehi, quod gentilium religionem redintegraverit. Hoc ut lectoribus pateat, auctor carmen Prudentii cum illo comparat quod, sine nomine traditum, Leopoldus Delislius invenit et maximo cum labore primus edidit.

In altera commentatione non pauca argumenta auctor addit, ad fusius explicandum quibus aliis de causis I liber *Contra Symmachum* scriptus fuerit. Videtur enim Prudentius non modo in Flavianum invectus esse, sed etiam certa quaedam, quae Pacatii *Panegyrico* continentur, refellere voluisse.

Remoti adsunt (epigrammata F.M. BRIGNOLI) IV, p. 293.

Sall. *Ep. Caes.* 2, 13, 6-7 (AEL. PASOLI) II, p. 104.

De vera eorum verborum significatione, quae in altera Sallustii ad Caesarem epistula leguntur: *quodsi tibi bona lubido fuerit patriae parentibusque gratificandi, posteroque tempore re publica restituta super omnes mortales gloriam agitabis tuaque unius mors vitae clarior erit. Nam si vos interdum fortuna, saepe invidia fatigat; ubi anima naturae cessit, demptis optrectatoribus, ipsa se virtus magis magisque extollit.*

Salve mihi mons! (H. ENGELSKIRCHEN) II, p. 157.

Descriptio montis cuiusdam, quem a puero auctor amat quemque, iam rude donatus, ut miseriarum levamen in praesens habet ac deliciarum fontem perennem.

Scenica Romanorum poesis quomodo a prisca satura ad Graecanicam fabulam transierit (Io. B. PIGHI) IV, p. 243.

Allatis argumentis et exemplis, lucide demonstrat auctor Romanas fabulas, sive comicas sive tragicas, priscae saturae propiores quam Graecis exemplaribus, quod attinet ad metra, fuisse.

Sociorum nomina de opere nostro in annum MDCCCCLXVII benemerentium, I, p. 62; II, p. 87; III, p. 201.

Tarquinienses imagines pictae (V. BRACCO) IV, p. 294.

De iis Tuscorum sepulchris, ad Tarquinius in Italia repertis, auctor tractat, quae Italicis locutionibus appellata sunt: della Scrofa; del Teschio; dei Leoni di giada; della Capanna; della Scimmia; delle Bighe; dei Giocolieri; delle Olimpiadi; degli Auguri; del Cacciatore; della Cac-

cia e della Pesca; della Nave; della Scrofa nera; de eo denique quod a I. Q. Giglioli nuncupatum est.

Ter. *Heaut.*, 78 sq. (C. DE MEO) III, 199.

Quomodo recte interpungendus sit versus ille Terentii: *rectumst, ego ut faciam; non est, te ut deterream*; an vero: *rectumst? ego ut faciam; non est? te ut deterream*.

Versificationis syllabicae quaedam genera (Io. B. PIGHI) I, p. 20.

Tria carmina auctor examinat, ut probet in carminibus medii aevi sive Latinis (iis exceptis quibus poetae veteres versus imitantur) sive Romanicis sive Germanicis syllabas isochronas esse; accentum (scilicet intensivum) rhythmum ducem esse auctoremque; rhythmum melicum verbali rhythmum fingi atque formari.

Vocabula quaedam, in Latinum usum inducta, qua ratione scribenda et appellanda (Ios. M. MIR) II, p. 117.

Sunt quaedam Latina vocabula, quae in omnium iam usu versentur, ut: *aëroplanum, cafeum, tabacum, telephonium, telegraphium, turcus*. Vtrum eadem secundum rectam Latinitatem scribantur aut enuntientur, novis copiosisque allatis argumentis, auctor investigat; de eorum videlicet verborum etymo diligenter tractat ac brevem eorum historiam adumbrat.

Vocabulis (de) ac locutionibus nostris Latine reddendis supplementum tertium (ALF. TRAINA) IV, p. 253.

Nonnulla singula verba Italica, locutiones ac translationes Latine auctor reddit, quae in lexicis plerumque desiderantur.

Vocis (de) *eclogae* vi et usu (A. TRAINA) II, p. 97.

Pluribus allatis argumentis, auctor colligit quae sit distinctio inter *Bucolica* et *Eclogas*: videlicet *Bucolica* proprium est pastoralis carminis nomen et ad universum librum pertinet; *Eclogae*, communis omnis poematii nomen, ad singula carmina.

Xanthi Viriati ad Luffum Nomaum de obitu patris consolatio (H. TONDINI) III, p. 183.

Hoc scriptum, speciminis gratia vulgatum, pars est voluminis, cui index: *Xanti Viriati scripta Latina*, nunc primum cura Hamleti Tondini edita. Quod volumen est alterum illius seriei, quae, opera Moderatorum horum Commentariorum, gradatim editur (cf. *Latinitas* 1967, III, p. 169).

RINVS MARSIGLIO